



8  
255





zu 005

O. i. 840 (1-101).



DE PROBATIONIBVS ET PRAESUMPTIONIBVS AXIOMATA

QVAE,

DIVINA AUXILIANTE GRATIA, PRAESIDIBVS CLARISSIMIS CONSULTISS. VIRIS D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Iohanne Hollandt SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, in nobilissimo inclytæ Agrippinatium apud Vbios academiae Iuris Collegio, pro laudabili huc vsque recepta consuetudine, publicè disputanda proponit.

HADRIANVS ERNESTI.

*Annore demptionis humanae MD. LXXXVII.  
XIIII. Cal. April.*



COLONIAE AGRIPPINAE Iii  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.









## ORDINIS RATIO.

**U**m tota cuiusque caussa vis & essentia in probationibus constat, (a) Ipsa quoque rerum gestarum veritas in iudicijs parum proficiat, nisi probetur, (b) Consequens est, ut, premisis contractuum speciebus, de eorundem probatione disputatio instituat. (c)

(a) Mascard. in tract. de probat. q. 1. nu. 12. gloss. in c. 2. §. Testes in verb. interrogatoria de test. in 6. (b) l. duo Titij 30. ff. de testam. tutel. l. In lege 77. in pr. ff. de contrah. empt. l. excusationis 3. C. de excusat. tutor. l. minorum 6. C. de præd. & al. reb. minor. l. doce ancillam 9. C. de rei vind. c. solennitates 16. §. 1. de consecratione dist. 1. (c) VVesemb. in parat. h. t. nu. 1. in princ.

## AXIOMA I.

**E**st autem probatio nihil aliud, quam legitima rei dubie per argumeta ostensio. (a) Est quoque inartificialis seu directa; aut artificialis siue obliqua. (b)

(a) Azo, gloss. Bart. in rub. C. h. t. (b) Duar. annuerc. disputat. cap. 27. lib. 1. & de probat. cap. 3. Menoch. de præsumpt. in prælud. nu. 6. VVesemb. d. loc. nu. 4.

### II.

Inartificialis & directa probatio dicitur, cum sine arte directò reperitur hoc ipsum, quod intenditur: (a) Ea quoque, vel est plena, vel semiplena. (b)

(a) Menoch. & Duaren. præcitat. locis. ille nu. 7. cum seq. (b) Mynf. in tract. de probat. in princ. VVesemb. d. nu. 4. gloss. in l. Testium 3. §. 2. in verb. speciem, ff. de testib.

### III.

Plena probatio est, que plenam Iudici fidem in finienda controuersia facit: (a) Et hac denudò aut est propria, que fit per Testes (b) & Instrumenta; (c) aut impropria, que fit per confessionem, (d) Iuramentum, (e) præsumptionem, (f) & facti Euidenciam. (g)

(a) Mascard. de probat. q. 4. nu. 15. VVesemb. d. nu. 4. (b) tot. tit. ff. C. & extr. de test. gloss. in l. cum super 10. in verbo alijs C. de rei vind. (c) tot. tit. ff. C. & extr. de fid. instrum. l. scripturas 11. C. qui pot. in pig. (d) tot. tit. ff. & C. de confess. & tit. de interrog. action. l. cum probatio 7. ff. h. nostro tit. l. cum te transigisse 5. C. de transact. (e) tot. tit. ff. C. & extr. de iureiu. (f) l. A Diuo Pio 15. §. si pignora 3. ff. de re iudi. l. Res iudicata 207. ff. de R. I. c. afferte ext. de præsumpt. & c. Is qui fidem 30. ext. de sponsal. (g) c. euidencia ext. de accusat. c. Manifesta iuncto c. de manifesta q. 1. caus. 2. Dd. in l. admonendi 31. ff. de iureiu.

### IIII.

Semiplena verò est, que semiplenè & imperfectè probat. (a) Ea quoque, efficitur per vnum testem idoneum, (b) famam non inconstantem, (c) Comparationem literarum, (d) & priuatam scripturam. (e)

(a) Oldend. in comp. loc. com. in verb. probatio semiplena Mascard. q. 11. nu. 1. VVesemb. d. nu. 4. (b) l. iurisiurandi 8. C. de test. c. veniens iuncto c. licet ext. cod. (c) d. l. Testiū 3. §. 2. vbi gloss. cum Bart. in verb. confirmat. Spec. h. t. in §. videndū vers. 6. in fin. Mascard. conclus. Fama 753. nu. 6. (d) Auth. de fid. instr. §. si verò moriantur cum seq. coll. 6. gloss. in d. l. admonendi de iureiu. & in l. In bonæ fidei 3. C. cod. Item que in d. l. 3. de test. Mascard. conclu. compa-



comparationem literarum 330. in pr. (c) Dd. communiter in l. Instrumenta §. C. h. t. glof. præallegatis loc. Bart. & Iaf. in d. l. admonendi. Mascard. conclus. scripturam priuatam 1294. nu. 4.

V.

*Libri autem Mercatorum nunquid aliquam pro scribente fidem faciunt? Et de ipso quidem iure nullam, (a) de communi Dd. sententia, concurrentibus necessarijs requisitis, semiplenam, (b) de consuetudine verò plenam probationem constituunt. (c)*

(a) l. instrumenta §. l. rationes 6. l. exemplo 7. C. h. t. l. fin. C. de conueni. fisc. debito glo. in l. quædam 9. §. numularios, in verb. decurritur ff. de eden. Iaf. in repetit. d. l. admonendi nu. 107. (b) Iaf. post Bart. in repet. d. l. admonendi nu. 127. ff. de iurciur. Bal. in l. 2. nu. 12. C. de eden. Gail lib. 2. obs. 20. nu. 2. & 3. (c) Bald. Iaf. & Dd. in d. l. 9. §. numularios, de eden. Idem Iaf. in d. l. admonendi præalleg. loc. in fin. Gail d. obs. 20. num. 5. cum seq.

VI.

*Plures quoque semiplena probationes, licet diuersi generis, ad eundem finem tendentes coniunctæ, plenè docebunt: (a) Ideoq; iudex in pronuncianda sententia ad vnam aliquam probationis speciem animum suum alligare non debet, (b)*

(a) d. l. Instrumenta C. h. t. c. caussam ext. eod. c. 1. & ibi glof. in verb. per idoneas personas ext. de appellat. Bart. in d. l. admonendi nu. 48. cum seq. Iaf. ibid. num. 209. Mynf. obs. 100. cent. 2. & obs. 33. cent. 5. (b) d. l. 3. §. 2. in fin. ff. de test. d. l. 8. C. eod. l. Theopompus 14. ff. de dot. præleg. Iaf. præcisa. loc. in fin. Mascard. d. q. 11. nu. 1.

VII.

*An verò huiusmodi varijs probationum speciebus non attentis, ipsa probandi facultas statuto ad certum aliquem probationis modum restringi possit? dubitatur: Et posse, moderatione salua, communi Dd. calculo approbatur. (a)*

(a) Bart. in l. certi conditio §. quoniam nu. 2. ff. si cert. petat. Bald. in repetit. l. 2. ad fin. ff. de lega. 2. Spec. h. t. §. videndum vers. sed pone nu. 4. Panorm. & communiter Dd. in c. 2. ext. eod. Mynf. obs. 5. cent. 1.

VIII.

*Quid si contraria semiplena probationi plena opponatur, num per hoc annullatur plena perfectaq; probatio? Et non annullari à summo Camere Imp. Consistorio deceditur. (a)*

(a) Mynf. d. cent. 1. obs. 92.

IX.

*Probatio autem regulariter incumbit Actori affirmanti, (a) non etiã Reo neganti; (b) In tantum, vt actore non probante reus, etiamsi nihil præstiterit, absoluat. (c)*

(a) l. 1. l. 2. l. verius 21. cum 2. seqq. ff. h. t. l. 1. actor 23. C. eod. l. qui accusare 4. C. de eden. l. si ex cautione 3. iuncta l. adseueratio 10. C. de non nu. pecu. (b) l. frustra 8. C. h. t. l. Nihil 6. C. de test. (c) d. l. 2. ff. h. t. d. l. actor C. eod. d. l. qui accusare C. de eden. d. l. ex cautione C. de non nu. pecu. l. si quidem 9. C. de except. §. commodum Instir. de interd. c. fin. caus. 6. q. 5. c. fi. §. sanè de iureiu. c. inter dilectos. de fid. Instr. c. 1. iuncto c. vt nostru §. 1. vt eccl. benefic. Bart. fusè in l. Diuus Hadrianus ff. de re iudic. Mascard. latè in conclus. Actore nõ probante 36. de probat.

X.

*In Exceptionibus tamen ac defensionibus, vbi Reus Actoris partibus fungitur, probandi quoque necessitate astringitur. (a)*





(a) l. si pactum 9. l. quinquaginta 12. l. quoties 15. §. 1. l. in exceptionibus 19. §. 2. *um de in-*  
*debito 25. in prin. ff. h. t. d. l. 1. C. cod. l. 1. ff. de except. d. l. si quidem 9. C. cod.*

### X I.

*Actore verò nihil penitus super capitulis suis producente, nummè Reus vel ad Iurandū*  
*vel referendum cogi possit, controuertitur? Et negatiuè determinantibus astipulandum*  
*verius existimo. (a)*

(a) Ias. eleganter in repetit. d. l. admonendi n. 70 cum seq. de iureiur. Spec. singulariter  
in tit. de Iuramenti delatione §. 1. vers. fin. autem actor. Mascar. d. conclu. 36. n. 40.

### X II.

*Veruntamen si aut Actor intentatam suā actionem semiplenè probauerit, (a) aut præ-*  
*sumptionem aliquam Iuris pro se habuerit, (b) aut aliàs eiusmodi sese casus obtulerit, qui*  
*neq; testibus, neq; alijs probationum, speciebus probari possit contrarium potius dicendum*  
*affero. (c)*

(a) l. Manifestæ tupiditinis 32. vbi Dd. ff. de iureiur. Ias. d. loc. num. 71. Marant. in aurea  
sua praxi part. 6. act. 9. nu. 2. Mascard. præalleg. loc. n. 41. (b) gloss. cum Bart. in d. l. actor,  
C. h. t. Mynf. cent. 5. obs. 68. in pr. Gaul. lib. 2. obs. 128. nu. 12. & seq. (c) l. fin. in pr. C. de fidei  
commis. §. vlt. Inst. de fideicom. hæred. c. si de inuest. inter dom. & vafal. l. soria. in prin.  
& fin. Itemq; in c. de controuers. inter mase. & foem. de benefic. Ias. præcitat. loc. n. 72.

### X III.

*Quemadmodum & ipsi Actori petenti, Iuramentum necessarium in supplementum*  
*probationis, quantumuis altera parte inuita, à Iudice deferri posse, non dubito. (a)*

(a) gloss. Bart. Ias. & Dd. in d. l. admonendi ff. de iureiurand. & in d. l. In bonæ fidei 3.  
C. cod. Bal. in l. 1. ff. cod. Eberh. in loc. à verisimili n. 6. Termi. in process. ca. 36. de art. in fi.

### X IV.

*E contrariò igitur, An Reus fiducia sui Iuris vltro probationem in se suscipere queat;*  
*Eoq; in probatione postmodum deficiente, an in modum actoris causa cadat, nō inelegan-*  
*ter queritur? Ego prius affirmandum (a) posterius inficiandum iudico. (b)*

(a) l. Circa eum 14. vbi gloss. cum. Bart. ff. h. t. c. Circa eam ext. cod. (b) d. l. qui accusare  
C. de eden. d. l. actor C. h. t. d. c. fin. §. sanè de iureiur. gloss. Bart. & Costal. in d. l. Circa h. t.

### X V.

*Sed quod de Actore dictum, idem quoq; in accusatore obtinere probati Iuris est, Exce-*  
*pto quod in criminalibus probationes indubitata, & ipsa meridiana luce clariores ad con-*  
*demnationem requirantur. (a)*

(a) l. fin. vbi gloss. & Dd. C. h. t. auth. apud eloquentissimum C. de fid. Instr. l. qui senten-  
tiam 16. C. de pœn. l. optimam 14. in fin. C. de contrah. & committ. stipul. c. vbi periculū  
de elect. in 6.

### X VI.

*Vnde liquido apparet nullam aded verisimilem esse coniecturam, quæ Iudicis animum*  
*in criminali causa ad condemnandum reum instigare possit; (a) nisi in criminalibus occul-*  
*tis, quæ aliàs de sui natura plenè probari nequeunt. (b)*

(a) l. absentem ff. de pœnis d. l. qui sententiam C. cod. l. Arrianus 47. ff. de oblig. & act.  
c. Ex literis 3. §. fin. c. xi. h. t. (b) l. si qui adulterij 34. C. ad l. Iul. de adulter. c. præterea ext. de  
test.



est l. Non omnes §. 5. à Barbarijs ff. de re militar. Sichard. in l. quicumque 4. n. 51. C. de ser. fugit. & in l. Cum ea 21. n. 9. cum seq. C. de transact. Gribald. in reg. crim. §. in criminalib. occultis. Menoch. de præsumpt. q. 58. n. 3. cum aliquot seqq.

### XVII.

Probandum porrò venit id ipsum, quod in iudicium deductum est, (a) quodq; probatū probanti ad obtinendam causæ victoriam prodest: (b) Ad hoc regulariter vnica saltem dilatio in actus singulos tam Actori, quam Reo in Ciuilibus: (c) In criminalibus accusatori duæ, tres Reo indulgentur. (d)

(a) l. patronus 6. iuncta l. ante omnia 24. ff. h. t. c. licet, ext. eod. (b) l. matrem 17. iuncta l. ad probationem 24. vbi gloss. cum Bart. C. eod. Idem Bart. in d. l. Diuus Hadrianus ff. de re iudic. Spec. de probat. §. Nunc videndum n. 1. (c) l. oratione 7. iuncta l. fin. ff. de fer. & dilat. l. 1. in fin. C. de dilat. & ibid. Dd. plenè Spec. eod. de dilat. Gail lib. 1. obs. 91. in pr. Myns. obs. 71. cent. 1. (d) d. l. fin. ff. de fer. vbi gloss. Bart. & Dd. communiter Marant. in Spec. aur. part. 6. act. 3. nu. 2.

### XVIII.

Terminus autem probatorius pro distantia locorum, & personarum qualitate Iudicis arbitrio moderandus committitur: (a) Eoq; elapso probationes amplius non, nisi causa cognita, admittuntur. (b)

(a) text. in d. l. oratione 7. ff. de fer. & d. l. 1. C. de dilat. l. 2. §. Vtrum autem ff. quemad. testam. aper. c. Induciæ caus. 3. q. 3. c. quoad consultationem de sent. & re iudic. c. oblata §. licet. de appellat. Spec. in tit. de citat. §. Nunc de temporum in fi. Marant. in tit. de dilat. part. 6. nu. 15. (b) d. l. 1. iuncta l. à producente 4. C. de dilat. l. 2. in fin. C. vt intra cert. temp. crim. quæst. term. l. 2. C. de temp. appell. auth. Iubemus C. de iudic.

### XIX.

Proponenda ergò sunt probationes infra terminum præstitutum, (a) & quidem post litem demùm contestatam: (b) Expediendæ verò ante conclusionem in causa: (c) Eo interim seruato ordine, vt actor prius deinde reus suam vterque intentionem probet. (d)

(a) Spec. in tit. de posit. §. 4. Marant. de posit. part. 6. nu. 10. Myns. obs. 34. cent. 1. (b) c. 1. iuncto c. quoniam & tot. tit. ext. vt lit. non. contest. Vvesemb. in parat. h. t. n. 9. (c) text. express. in c. Cum dilectus ext. de fid. Instr. gloss. in Clement. sæpè, in verb. conclusionem, de verb. signif. glo. in d. auth. Iubemus C. de iudic. Bart. in auth. At qui semel nu. 12. cum aliquod seqq. C. h. t. las. in d. l. admonendi nu. 50. cum aliq. seqq. ff. de iureiur. Specu. in tit. de renunc. & conclus. in caus. Gail lib. 1. obser. 107. & seq. (d) l. qui prior 29. ff. de iudic. c. 2. de ord. cognition. arg. l. exceptionem 19. C. h. t. l. emptor 9. C. de præscript. long. temp. l. si quidem 9. C. de except.

### XX.

Quandoque tamen, vt in summarijs potissimum ac possessorijs Iudicijs, (a) vbi ex conuentione citra solennem processus ordinem litigatores procedunt, (b) etiam ante litis contestationem ex iusta causa vtrique parti volenti simul probatio à Iudice decernitur. (c)

(a) Marant. in aur. suo Specul. part. 6. act. 4. nu. 4. Spec. de petit. & possessor. §. 1. n. 38. Idè de libelli concept. §. nunc videndum nu. 14. Et de sequestr. n. 1. (b) d. Clement. sæpè in pr. de verb. sig. l. si coloni 14. C. de agric. & censit. Bald. in l. diffamari §. nu. 9. C. de ingen. manumiss. Gail lib. 1. obs. 5. 6. & 7. (c) d. Clement. sæpè §. Et quia. Auth. generaliter C. de epis. & cler. l. quoties 3. C. de priuileg. schol.

Vndè



XXI.

Vnde non aduersæ parti, (a) quamuis eiusdem etiam præsentia requiratur, (b) sed ipsæ duntaxat iudici, à cuius arbitrio tota Probationis materia pendet, (c) facienda est probatio. (d)

(a) l. inter stipulatem 83. §. 1. in fin. ff. de verb. oblig. (b) l. iudices 17. C. de fid. instr. c. In nomine Domini ext. de test. c. 1. 2. 3. 11. 12. & 13. caus. 3. q. 9. (c) d. l. 3. §. Ideoque Diuus Hadrianus vers. Tu magis scire ff. de Test. Castrens. in d. admonendi n. 34. ff. de iur. iur. V Vef. hic nu. 3. in fin. (d) l. quinquaginta 12. in fin. ff. h. t. l. cum precibus 15. in fin. C. cod. l. Lucius 83. ff. de condic. & demonst. l. 1. C. de condic. ob turp. caus. l. eos 5. iuncta l. si quando 15. C. de test. l. procurator 7. C. de edend. d. l. doce ancillam 9. C. de rei vindic. l. 1. C. de reb. al. non alien.

XXII.

Hinc illa frequens, ac multum agitata erumpit quæstio: Vtrum Iudex secundum allegata & probata, an verò secundum propriam conscientiam iudicare debeat: Et iuxta acta & actitata iudicandum communiter placuit. (a)

(a) l. Illicitas §. veritas ff. de offic. præsid. l. inferiorem 2. iuncta l. domū 5. C. de rei vindic. l. argentarius 10. §. fin. ff. de eden. c. iudicantem 30. caus. q. 5. c. 1. de offic. iudic. ord. Mascard. q. 1. nu. 17. Dd. in l. 2. ff. de in lit. iur. Ias. in §. si minus n. 14. cum seq. Inst. de act.

XXIII.

Tantum de Inartificiali probatione; sequitur artificialis siue Præsumptio, (a) quæ est de verosimili ratiocinatio. (b) Est q<sup>2</sup> Iuris de Iure, Iuris de facto, & hominis de facto. (c)

(a) arg. rub. ff. h. t. Menoch. de præsumpt. lib. 1. in rubr. q. 2. (b) Bald. in rub. C. h. t. & in l. ea quidem in pr. C. de accus. (c) glo. in rub. ff. h. t. Menoch. d. q. 2. nu. 10. in fin. V Vef. hic num. 14.

XXIV.

Præsumptio Iuris de Iure est certa ac necessaria probatio, quæ à Iure introducta & confirmata pro veritate habetur, adeò vt nec probationem in contrarium admittat. (a)

(a) l. antiquæ 23. cum sua gloss. in verb. Credendum C. ad SC. Velleian. l. fin. cum sua gloss. C. ad SC. tum Macedon. l. fin. C. arbitr. tut. l. fin. ff. quod met. caus. auth. de hæred. & falcid. §. sancimus, Auth. sed iam C. de donat. ant. nupt. c. Is qui fidem iuncto c. veniens & c. ad id quod ext. de sponsal. c. de illis, de sponsal. impub. c. afferte, ext. de præsumpt. Mascard. de probat. conclus. 1222.

XXV.

Præsumptio, autem Iuris tantum est liquida probatio, quæ à lege approbata pro veritate habetur, donec contrarium ostenditur. (a)

(a) l. Cum tacitum 3. l. ab ea parte 5. l. si filius 8. cum seq. l. Non est necesse 11. cum seq. l. circa eum 14. l. cum qui 22. l. si chirographum cum 2. seqq. ff. h. tit. l. siue possideris 16. vbi Bart. Sichard. & Dd. C. cod. l. Labeo iuncta l. postquam 3. ff. de pact. l. fin. C. de pignor. l. quicumque 3. C. de apoch. pub. l. cum de in rem verso ff. de vsur. l. 1. §. si seruus ff. de quæst. l. licet Imperator 74. vbi Ias. de lega. 1. gloss. in l. si tutor C. de pericul. tutor. Eberhard. in loc. legal. in loc. à verosimili nu. 18. Mascard. conclus. 1221. nu. 11. 37. & 63.

XXVI.

Præsumptio denique hominis est modica probatio, quæ nullo iure definita, (a) sine alijs admi-



*ad miniculis pro veritate non habetur, (b) totaq; iudicis arbitrio determinanda relinquitur. (c)*

(a) Bald. in rubr. C. de prob. in fin. & in rubr. ext. de præsumpt. Menoch. de præsumpt. q. 5. nu. 6. (b) d. l. Instrumenta §. cum seq. C. h. t. l. Indicia 19. C. de rei vindic. d. l. absentem §. ff. de pœn. tot. tit. ext. de purg. can. V. V. c. emb. hic num. 14. in fin. (c) l. Minor 32. ff. de minor. l. verum de donat. inter vir. & vxor. l. ob carmen 21. §. si testes ff. de test. Eberhar. d. lo. Menoch. d. q. 5. nu. 8. Mascard. conclus. 1196. nu. 1. in princ.

### XXVII.

*Temeraria verò præsumptio, quæ non nisi vana quedam maleuolorum hominum est suspicio, ex vilibus omnino causis proficiscens, (a) haud immeritò à iure repellitur, nec animum Iudicantis commouere debet. (b)*

(a) Spec. in tit. de præsumpt. §. species nu. 1. Menoch. d. q. 5. nu. 15. Mascard. d. q. 10. nu. 27. (b) c. 1. caus. 2. q. 1. c. oues iuncto c. licet, de Simon. Eberh. d. loc. Mascard. d. loc. n. 25. c. usq;

### XXVIII.

*Coronidis vicem subeat hæc non incommoda quæstio: An sumptus à parentibus in filios erogati veniant in Iudicium familiae eriscunda? Et ex præsumpta naturali paterna affectione non venire concludo.*

l. quæ pater 50. iuncta l. Pomponius 35. ff. fam. erisc. l. filia 18. in prin. C. cod. l. alimenta 11. C. de negot. gest. l. si quis à liberis §. si mater 14. ff. de agnos. & alend. lib. l. fin. ff. de pecul. lega. l. donationes 31. §. species 1. de donat. l. vtrum 47. de donat. inter vir. & vxor. l. si filij tui 16. cum seq. C. cod. l. Nescenius 34. vbi Bart. ff. de negot. gest. Dd. communiter in l. In quartam ff. ad l. falsc. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 7. Mascard. conclus. expensas 724.





153255

AB: 153255

(X2203998)

K






De legibus et constitutionibus Imperii







# DE PROBATIONIBVS ET PRAESUMPTIONIBVS AXIOMATA

QVAE,  
DIVINA AUXILIANTE GRATIA, PRAESIDIBVS CLARISSIMIS CONSULTISS. VIRIS D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Iohanne Hollandt SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, in nobilissimo inclytæ Agrippinatium apud Vbios academiae Iuris Collegio, pro laudabili huc vsque recepta consuetudine, publicè disputanda proponit.

HADRIANVS ERNESTI.

*Anno redemptionis humanae MD. LXXXVII. XIII. Cal. April.*



COLONIAE AGRIPPINAE  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

Iii

55

